



1709, 26

20

31

I. N. 7.

DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE

TERMINO CIR- CVMDUCTO,

Quam
ANNVENTE DIVINA GRATIA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAEque,

Consensu illustris Ordinis Juridici in ALMA SALANA

PRÆSIDE
VIRO ILLUSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO

CHRISTIANO WILDVOGELIO,

Jo
ICTO,

CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI INTIMO, CVRIÆ PROV. ET
SCAB. NEC NON FACVLTAT. IVRID. ASSESSORE GRAVIS-
SIMO, ET ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO.

Domino atque Patrono submisisse venerando,

PRO GRADV

IN VITROQVE IVRE LEGITIME CONSEQVENDO
Publico Eruditorum examini subijcitur

JOANN. FRIDERICVS SCHWARTZ,

HALLENS. SAX. BARB. REGIM. ADVOCATVS,
D. XXIX. Jul. M. DCC. IX. horis ante & pomeridianis.

IENÆ, LITTERIS MVLLERIANIS.



DISPUTATIO IN UNIVERSALIS IURIDICA
DE
TERMINO CIR-
CUMDUCTO

AVANTIS DIVINA GRATIA
RECTORIS UNIVERSITATIS
HENRICO

OMNINO HENRICO
IN DISPUTATIONE DE IURIS CIVILIS MONTIVM
GOTTFRIDUS VON SCHWARTZ
1774

CHRISTIANO WILHELMO GELLO
GOTTFRIDUS VON SCHWARTZ
1774

GOTTFRIDUS VON SCHWARTZ
1774





I. N. J.

PRÆFAMEN.



Ligenti mihi disputandi argumen-
tum, varia subinde, elegantia non
minus quam utilia occurrebant,
quæ ex amplissimo juris campo
delibare licebat, quorumve ju-
cunditatem gravitate mixtam in
bivio constitutus contemplabar;
nullum tamen convenientius vita

meæ generi, hoc præfente, inveni. Dum enim ex
laudabili instituto & gratiosa illustris Facultatis iuridi-
cæ concessione, pro Licentiâ summos in utroque iu-
re honores consequendi, edendum aliquod esset eru-
ditionis specimen, in id maxime intentus fui, ut vel
officii mei, quod consulendo & patrocinando absolvi-
tur, haberem rationem, vel genio eruditorum nova-
semper appetenti, aliquid darem: Haud enim infici-
andum, res sub manibus nostris quotidie versantes,
faciliores esse iis, quæ nobis vel planè non, vel rarissi-
me obveniunt, ea quoque, quæ novitatis gratiam non-

A 2

dum

dm exuerunt magis accepta haberi , quam usu trita
& jam fere antiquata. Proinde materiam quandam pra-
ctificam disquisitioni eruditorum subijcere mecum con-
stituens , facilè , vel de citatione , vel de libello , exce-
ptionibus , litis contestatione , probatione similibusve
aliquid conscribere potuissim : verò cum hæc ab aliis
ad nauseam usque decies centiesque pertractata viderem ,
hoc de *Termino Circumducto* thema , à nemine ,
quod quidem scio , hac usque speciatim traditum , as-
sumsi. Plenam equidem & omnibus numeris absolu-
tam tractationem hic frustra expectabit benevolus le-
ctor , cum partim prolixitas ob connexitatem aliarum
materiarum , quæ integris jam extant voluminibus ,
partim penuria temporis mihi concessa obstat , æquum
nihilominus hac de re humillime expeto iudicium.
Series vero hujus materia duobus capitibus constabit ,
quorum prius ager de *Termino* in genere , posterius
de *Termino Circumducto* in specie. Faxit Deus felici-
titer !

CAPVT I.

DE

Termino in genere.

§. I.



Methodo huc usque recepta inhiensens , & ut
ordine procedamus , prius verborum ,
quæ vim faciunt intellectui & omnia
turbant , teste Bacone de Verulamio ,
Nov. orig. L. 1. §. 43. habenda est ratio ,
tunc

tunc vel maxime, quando ea gaudent ampliore signifi-
ficatu. Originem itaque (vulgò etymologiam) Ter-
mini si spectemus, derivatur, secundum Varron. *L. 4.
de Ling. Lat.* à *Terendo*, quod partes terræ, sc. limites
agrorum terantur propter iter: quem tamen exinde
notat Calvinus *Lex. Jurid. hac voce*, dicendo: Ineptam
hanc esse derivationem, cum græcè dicatur *τέγουα*, sic-
que eum elegisse præ latina græcam derivationem.

§. II.

Majorem afferet utilitatem varia hujus vocis ac-
ceptio, &, quænam illa hujus loci sit, indagatio.
Longe vero lateque hæc patet, & vel denotat (1)
Deum tutelarem finium agrorum, apud antiquos, qui
solum Jovi cedere noluit, teste Ovidio *L. 2. Fastor.* ita
scribente:

Termine, sive lapis, sive es defossus in agro

Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

Unde *Terminalia* dicta, quibus termino sacra fiebant.
(2.) significat terminus proprie limitem sive finem,
qui agrum, ab agro inter confines dividit, sive hoc fiat
lapide, sive arbore, germ. *Marck. Steine / Grenz-Stein-
ne / Håg-Säulen / Grenz-Säulen.* Hicque significatus
in jure nostro est frequentissimus, præcipuè circa ac-
tionem finium regundorum occurrens, ob terminum
motum vel casu, vel errore, vel dolo; quorsum ten-
dit Pandectarum *Liber XLVII. Tit. XXI.* cui Rubrica, *de
Termino moto.* Sumitur hinc Terminus per translatio-
nem (3.) pro quovis rei fine; sic nomino finem diei
vel anni, Terminum diei vel anni; hicque significa-
tus non est alienus à principiis juris nostri, quippe Ju-

stinianus Imperator §. 2. *f. de satisd.* jubet, reum permanere usque ad *terminum Litis*, sive ad sententiam definitivam, qua mediante, finis liti imponitur. (4.) Vox Termini propria etiam est Logicis, denotans vocem ex instituto aliquid significantem, vel secundum Aristotelem *Lib. 1. prior. analytic. c. 1.* quod Terminus sit is in quem resolvitur propositio. Hinc ille syllogismus communiter falsus audit, qui constat quatuor terminis. (5.) Terminus ab artificibus usurpatur pro vocibus artificiales singulariter exprimente, cui nomen *Termini technici.* (6.) denotat tempus aliquod certum, quod vel ut terminus *à quò*, seu initium, vel ut terminus *ad quem* seu finis consideratur. (7.) Denique sumitur pro certo tempore, partibus litigantibus in iudicio comparendi & agendi causa præfixo, quæ significatio potissimum hujus est loci. De Synonymia Termini parum erit dicendum, cum vocabulum Termini sit simplicissimum, usitatissimumque, vetulis etiam, quoad hunc significatum, cognitum, ita ut vix opus habeamus, ope aliarum vocum hanc clariorem reddere, nisi velis Terminus vocare, diem judicalem præfixum, vel quod rarius, instantiam, pro tempore exercendi iudicii. *Calv. Lex. lurid. voc. Instantia.*

§. III.

Visa sic appellatione nominis, ad rem ipsam ut paulo propius accedamus, opus est: ubi primo statim sese offert definitio, quam potius descriptionem nominare placet, cum omnis definitio in jure dicatur periculosa. *l. 202. de R. J.* & hanc præeunte Blumio *Proc. Cam. Tit. 66. n. 2.* mutatis quibusdam trado: quod sit certum

certum temporis spatium, partibus litigantibus ad agendum in iudicio præstitutum. Ubi sciendum, hoc loco vocabulum agendi, sumi in latiori significato, ita ut non solum Actoris persecutionem & actionem in iudicio, sed & exceptiones & defensionem Rei comprehendat: nam qui se defendit etiam agit, & Reus excipiendo fit actor. Agitur vero in iudicio vel civiliter, vel criminaliter: unde iudicium aliud criminale seu publicum, aliud civile seu privatum dicitur. Illustr. D. Stryk. *Introd. ad Prax. cap. 1. §. 9.* Carpz. *Proc. Tit. 1. art. 4.* Inde Terminus dividi posset in criminalem & in civilem, qui ultimus subsequenti inservire poterit scopø. Civile hoc iudicium est ut plurimum, vel primæ, vel secundæ instantiæ, ubi scil. quis non statim coram omnium supremo, sed subordinato iudice agit, hinc terminum primæ & secundæ instantiæ veniunt attendendi. Porro expediuntur quædam coram iudice qua tali à partibus litigantibus, ob rem controversam; quædam ob rem non controversam; non etiam à partibus litigantibus, coram iudice qua tali alias incompetente. e. g. Insinuatio donationis, testamenti factio. Struv. *Jurispr. For. L. 4. T. 4 §. 6.* Hinc terminum alium possemus dicere iudiciale, alium extrajudiciale: alium voluntarium, alium necessarium. De priori hoc loco nobis est sermo.

§. IV.

Causam efficientem remotam Terminum, ponimus principem, vel magistratum, jus condendi ordinationes processuum judicialium habentem, qui, motu rixis & controversiis ex prava omnia habendi concupiscentia

piſcentia ortis, tanquam iuris & iuſtitiaſ conservator,
hoc modo defraudationibus atque injuriis obviat, judi-
cibusque ſibi ſubditis injungit, ut partibus petentibus
certum diem præſigant, quo comparere & agenda age-
re teneantur, non ſolum ubi vigeret ius civile, ſed &
ſaxonicum. Hujus Terminum tanta eſt neceſſitas, ut hoc
omifſo, deſinerent iudicia, evaneſceret ius, recederet
iuſtitia. Hinc videmus ordinationes proceſſuum iudi-
ciales tam ſerio iudicibus injungere citationem, cujus
inter alia requiſitum neceſſarium eſt, Terminum præ-
fixum habere Carpz. *Proc. T. 7. art. 2. n. 5.* Egit hoc poſt
alios Sereniſſimus Elector. Sax. *Ord. Proc. Jud. Tit. 4. §. 1.*
verb. auch darneben einen rechten legalen terminum ſeine
Nothdurfft zu bedenden &c. Cui reſpondet *Ordinat. Jud.*
Magdeburg. cap. 20. verſ. eine gewiſſe Zeit in ſich begreifen.
Concordat cum hac *Ord. Proc. Ifenacens. T. 3. §. 5.* verb.
auch ein gewiſſer termin. Poſſemus plures addere, verum
his allatis facile conſtabit, cauſam termini eſſe Latores
ordinationum proceſſus judicialium.

§. V.

Cauſam efficientem proximam, quoad præſens in-
ſtitutum, ſtatuumus vel legem, vel hominem. Lex,
quæ terminum & ejus quantitatem immediate præſi-
git. Blum. *Proc. Cam. T. 66. n. 3.* Hic a perſonis iudici-
um conſtituentibus, in præjudicium alterius non poteſt
immutari v. c. prorogari: ſpecialiori nomine vocatur
Terminus legis; qualis eſt de jure ſaxonico & magdebur-
gico decendium interponenda Leuterationi præfixum.
Illuſtr. Dn. Stryk. *Introd. ad Prax. cap. 23. §. 24.* Carpzov.
Proceſſ. Tit. 17. art. 3. n. 1. Hoc tempus eſt de forma
Leute-

Leuterationis, sine qua hæc non potest subsistere, Carpz. *l. c. num. 5.* currens a momento ad momentum. Carpz. *l. c. n. 7.* Ejusmodi terminus jure saxonico quoque est spatium impetrandæ citationis ad prosequendam leuterationem, sex scilicet septimanas triumque dierum, a die leuterationis interpositæ præstiturum, quod nisi observetur, leuteratio erit deserta. Carpz. *l. c. n. 25. 27.* Tales legis termini sunt porro tempora appellationis interponendæ, introducendæ, justificandæ, tam jure civili, quam saxonico, itemque tam magdeburgico, quam camerali præfixa; atque hoc ultimum, decendum quidem interponendæ appellationis, triginta verò dies requirendorum actorum, quadrimestre porro spatium insinuandæ, & semestre introducendæ requirit. Blum. *Proc. Cam. T. 66. n. 3.*

§. VI.

Inter causas efficientes termini proximas non inconvenienter retulimus homines; per quos intelligimus personas judicium principaliter constituentes, quales sunt iudex, actor & reus, *l. 62. ff. de Judic. l. 13. C. eod.* quæque termini quantitatem, secundum proprium arbitrium constituunt; inde non immerito terminus hic *arbitrarius* denominatur. Blum. *l. c. T. 76. n. 4.* Iudex præfigit terminum ad partis, sive actoris, sive provarietate actuum judicialium, maxime in iudiciis provocatoriis, rei instantiam de adversario citando; quam citationem non proprio motu decernere potest, alioquin est nulla: Carpz. *T. 7. art. 1. n. 28.* Herold. *observ. c. 36. n. 80. 82.* Hocque facit ex officio, quod impertire imploratus tenetur, vel a priori, per modum præcepti,
B
inde

inde *terminus praefixus*, qui hodie utilitissimus: vel saltem per modum concessionis & complacentiae, a posteriori, quando parte adversa petitum terminum non admittente, factaque ad istam petitionem submissione, praefatum terminum aut in totum concedit, aut pro parte coarctat, qui nomine *termini admissi* venit in camera Imperii. Blum. *l. c. T. 76. n. 7.*

§. VII.

Actor & reus terminum quendam sibi ipsis interdum praefigunt, quod per compromissum fieri solet, ad lites eo citius finiendas; maxime in disputationibus attestationum, quibus is, contra quem probationes susceptae, illas excipiendo impugnat, alter vero uberior deducit ac defendit: Carpz. *Proc. T. 15.* Quae etsi quidem non sint de substantia processus, iustitiam tamen promovent, quando fortasse aliqua adhuc deesse vel nondum deducta arbitrantur partes. Herold. *observo. c. 59. n. 2. 3.* atque tunc ipsi litigantes terminum, quo iura sua proponere, & attestata disputare velint, ponunt, cui conventioni standum nec ab ea recedendum. Carpz. *l. c. art. 2. n. 3.* Comprobat hoc *Ordin. Cur. Prov. Sax.* de anno 1653. *c. 26. vers.* So wird hiermit geordnet / da sich hinfort / zu wieder den aufgerichteten *Compromiss* &c. imo, partibus non compromittentibus, serenissimus Elector Sax. terminum certum praefixit, sex nempe septimanarum, ita ut disputationes vicibus alternis, excipiendo, replicando, duplicando & triplicando, interjecto semper spatio sex septimanarum, proponi debeant, qui terminus hoc respectu merito inter *terminos Legis* §. 5; traditos connumeratur.

§. VIII.

§§ (II) §§
§. VIII.

Finis termini varius est , tam ex parte judicis, quam actoris & rei, itemque tam remotus quam proximus, isque dependet ex intentione litigantium. Finem quem judex generaliter & remote intendit, est justitia ejusque administratio, quam omni tempore pro scopo habet, vel saltem habere debet; cui accedit officii sui ratio, quippe quod imploratus semper impertire tenetur, nec non autoritatis judicialis, ex obedientia partium in comparendo & agendo, proveniens conservatio. Porro quemadmodum actiones ad jus quod cuilibet debetur perfequendum, propositæ sunt, *pr. I. de action.* ita actor termino vel præfigendo vel præfixo intentus, nihil aliud pro fine habere poterit, quam persecutionem juris, quod sibi debetur, in quacunque judicii parte: Et sicut reus aggresso adfirmatur, cujus intentio non est alia, quam aggressoris ictus elidere, sic ejus nullæ aliæ futuræ erunt cogitationes, maxime si justitiæ causæ confidat, quam intentionem actoris annullare, seque contra illius invasiones tueri, proinde terminus respectu rei, pro scopo habet ipsius defensionem.

§. IX.

Specialis, isque primarius & communis, tum iudicis tum actoris finis, est comparitio in termino, vel in persona, ut vulgo loquuntur, vel per mandatarium legitimum, hoc est mandato sufficienti instructum, qualis non est, habens mandatum generale, si compareat in termino, quo ea expedienda sunt, quæ speciale exigunt mandatum: id quod accidit, quoties magnum

mandantis seu principalis subest præjudicium. Carpz. *T. 5. Art. 2. n. 46. 49.* unde Illust. D. Stryck. *l. c. c. 10. §. 3.* cautelam suggerit, ut, si quis mandatum caute conscribere velit, actus quosdam speciale mandatum requireres exprimat, subjecta clausula generali *arg. l. 4. §. 4. ff. si quis caution.* sic enim mandatum generale quoad actus expressos, speciali mandato æquipollere dicitur. Exigunt hanc legitimationem verba citationibus in Cur. Provinc. Jenensi inseri solita: *Dasß ihr vor euch / oder durch einen hierzu gnugsam Bevollmächtigten unausbleibend erscheinet.* Porro specialis finis termini est expeditio agendorum, ob quæ terminus est præfixus. Agenda illa in termino, constituunt terminæ objectum, quod varium & multiplex pro ratione circumstantiarum processus & iudiciorum esse potest. Vel enim partes versantur in processu ordinario, circa solennem litis contestationem, & tunc litis contestatio est objectum illius termini: vel circa probationem occupatæ sunt, aut circa juramentum, publicationem attestationum, sententiæ, executionem faciendam: itemque circa leutationem prosequendam, appellationem introducendam, vel justificandam, & omnia hæc objectum termini constituunt. In processu quoque summario termini objectum est vel responsio ex parte rei, vel narratio ex parte actoris, vel probatio, vel denique sententiæ pronuntiatio, quæ omnia nec in processu summario omitti possunt. Et quodam aliud termini processus executivi erit objectum, quam recognitio vel jurata diffessio instrumenti. Ex quo consequitur cuncta hæc citationi necessario esse inferenda, ut

ut paratus quis possit accedere, id quod fieri nequit, si citatus ignoret, quid sibi sit agendum. Non enim termini finis solum est comparitio, sed & expeditio agendorum, ad quam præmeditatus & paratus quis venire debet. Hinc videmus citationibus emissis semper hæc, inter alia, inferri verba: zu erscheinen geschickt/ euch einzulassen und zu antworten / vel: die begehrten documenta zu ediren / und nebst denen die allbereit. *produci- ret/ zu recognosciren.*

§. X.

Ad formam & essentiam termini, imprimis iudicialis, qui nostræ est observationis, requiritur tempus aliquod, vel præfigendum vel jam præfixum, utpote sine quo ne concipi quidem poterit terminus. Tempus autem præfigatur a iudice necessum est, partibus litigantibus quatenus litigant. Etsi enim litigantes alias a magistratu citari possint, ad aliud quoddam negotium, attamen tunc non esset terminus præfixus in nostro significato, sed in latiori illo, ubi terminus quodlibet tempus denotat. Hinc & causa comparendi in citatione est exprimenda, ut constet partibus, an propter litigium, an alia de causa comparere debeant, atque hinc an terminus sit iudicialis an extrajudicialis. Nec locus facile in citatione & præfinitione termini omittendus est, vel specialis, vel saltem communis. *Quis* notus, veluti, an gewöhnlicher Gerichts-Stelle/ quod si non fiat, contumacia partis emanentis tuto accusari nequit: namque si causa etiam facta a dolo & poena ejusdem excusat, l. 12. §. 3. ff. *de liber. caus. l. 47. §. 7. ff. de furt.* quidni hoc quoque illud efficeret igno-

B: 3

rancia

rantia loci, in quo iudicium habetur? censente ita
 Carpzovio *Proc. Tit. 7. art. 2. n. 36.* Et tempus qui-
 dem debet esse certum, idque vel collective, vel distri-
 butive: Distributive, quando certus dies exprimitur,
 v. g. 25. dies mensis Junii: Collective vero, quando
 certum spatium plures dies continens præfigitur, e. g.
 quatuor septimanarum, binnen 4. Wochen / Ausgang
 der Erndte. *Illustr. Dn. Stryk. c. 4. §. 14. Ludov. Proc. C. 10.*
 §. 15. Et hoc ultimo casu quilibet dies potest fieri ter-
 minus. Necessariam vero esse hanc certitudinem tem-
 poris, formulæ citationum satis superque demonstrant,
 cum non solum diei, sed & mensium, imo septimana-
 rum in illis fiat mentio, e. g. laden aufsuch den 26. Julii,
 wird seyn der Freytag nach dem achten Sontage Trinita-
 tis. Hoc tempus durat usque ad sextam pomeridianam,
 tota enim dies cedit citato. *Berlich. P. 1. C. 17. n. 80.* li-
 cet in Saxonia id restringatur ad horam quartam po-
 meridianam. *Svwendend. ad Fibig. p. m. 148. Ludov. Proc.*
Civ. c. 10. §. 16.

§. XI.

Terminus hic, ut notificetur partibus litigantibus,
 necessum est. Et quidem actori, non mediante solen-
 ni citatione, quippe qua non opus hoc in casu, cum
 ejus intersit comparere; sed per memoriale citatori-
 um, quod germanice vocatur ein Denck- oder Tages
 Zettel / veluti sancitum in *Ord. Apell. Elect. Sax. rubr. de
 Ausbringung der Ladung §. desgleichen / versf. dem ersu-
 chenden Theil aber / wenn er gleich zur Stelle wäre / ein
 sonderlicher Tages-Zettel gegeben werden. Ludov. l. c. c.*
10. §. 10. Carpz. l. c. T. 7. art. 1. n. 30. Reo vero præfixus
 termi-

terminus notificatur, insimulque is ad hunc solenniter citatur, quæ citatio est vel realis, vel verbalis: Verbalis iterum alia nuncupativa, in causis vilioris momenti aut non adeo arduis usitata, da einer mündlich durch den Knecht gefordert wird / auf den und den Tag zu erscheinen; qualis nuncupativa species in Camera Imperiali in causis contumaciæ videtur esse usitatum proclama; quod est citatio partis contumacis ad instantiam partis obediens a iudice decreta & a Pedello facienda, vulgo das Ruffen / Blum. l. c. T. 66. n. 25. Alia citatio est literalis, quæ ut plurimum in ordinariis obtinet processibus. Varia hujus citationis requisita discutere hic animus non est, cum multa, si non omnia, sparsim jam in hac ipsa dissertatione inveniuntur, sufficiat tamen breviter ea recensere. (1.) Præmittitur nomen iudicis citantis, ut constet de illius competentia. (2.) Nomen utriusque litigantis, nosse enim debet citatus, cum quo lis instituenda, ne elidatur ipsius exceptio: Tibi non competit actio. (3.) Causa, ob quam citatio decreta, debet enim comparere paratus reus, neque actori liberum est, quamlibet causam assumere; (4.) Locus fori, nisi forum sit notorium. (5.) Temporis expressio. (6.) additur quid ibi faciendum sit. Illustr. Stryck. l. c. c. 4. § 17. Effectum termini late hic deducere, non e re erit, ex causa enim finali supra tradita is elucescit, quam si quis obtinuerit, effectus jam adest. Hic non incommode queri posset: an terminus præfixus operetur præventionem? an inducat litis pendentiam? an perpetuet jurisdictionem? an rem faciat litigiosam? Verum cum hæc omnia ipsa

ipſa citatio operetur, ſoli termino illud adſcribi nequit. Herold. *obſerv. c. 36. n. 155. ſeqq.*

§. XII.

Reſtant contraria termini, in annullatione ejusdem conſiſtencia, quando ſc. ex termino præfixo fit non-Terminus & is effectu deſtituitur, ſicque tempus juridice non phyſice redditur nullum. Vario id poteſt accidere modo, ſive ſpectes utramque, ſive alterutram litigantium partem, dum ea quæ agenda in termino erant, non agunt, vel plane emanent, quod jure ſaxonico impune reo conceditur, ſi citatio non contineat terminum legalem. Ad legalitatem vero termini requiritur, ut reo ad comparandum concedantur ſex ſeptimanarum tresque dies, ſecundum *Ord. proceſſ. Elect. tit. 10.* cujus hæc ſunt verba: Daß ihm die citation gebührliehen *inſinuiret* / und er von Zeit an ſolcher *inſinuation*, die vollkommene Sächſiſche Friſt / als 6. Wochen und 3. Tage gehabet habe / ſonſten aber und do hier an ein Zweifel / oder der *Terminus legalis* nicht vollkommen &c. Ab hac non aliena eſt *Ord. Proc. ſenac. T. 3. §. 5.* Auch ein gewiſſer *Termin* ſo von der Zeit der Ueberlieferung oder *inſinuation* an / eine vöklige Sächſiſche Friſt von 6. Wochen und 3. Tage in ſich habe / anberaumer. Aliter non nihil reſ ſeſe habet ſecundum Magdeburgenſem *Ordin. Proc. de anno 1686.* (cui non contradicit renovata illa, de anno. 1696.) in qua *Tit. 20. §. 2.* hæc invenio verba: Es ſollen aber die *Citationes* in allen *Proceſſen cauſam citationis*, und von Zeit der *Inſinuation regulariter* an die Eingekleſſenen / eine 3. oder 4. wöchentliche / an Außwärtige aber nach Erwegung der Entkeſſenheit / eine oder doppelte Wochen

nats

nats. Frist in sich begreifen. Terminus vero hic saxonius legalis non indistinctim in omnibus causis debet concedi, sed dependet in quibusdam ab arbitrio iudicis, prout clare innuunt verba prædictæ *Ord. Proc. Isenac. l. c.* Es sey denn *in causa summaria* oder *Injurien. Sachen/* oder wo sonst *in mora periculum*, welchen fals/ wie auch bey denen folgenden *citationen/* so wehrenden *processen/* der *Termin in arbitrio Iudicis* stehet. Unde simul patet, hoc spatium legale exaudiendum esse tantummodo de citatione primi termini, itemque de causis, his pro affirmative contestata, reus pro confesso & convicto, aut documenta pro editis & recognitis sunt habenda, ut &, si pars ab exceptionibus, probatione, demonstratione, aut documentis præcludenda, vel etiam quando ipsi perpetuum imponendum est silentium. Rivin. *Specim. Except. for. dilat. c. 13.* ubi benevolus lector inveniet casus, quibus hoc spatium sex septimanarum & trium dierum in primo quoque termino denegatur reo, sicque terminus non comparendo a reo annullatur. Tanta vero hujus termini legalis existit necessitas, ut unicus quoque diei defectus citationem & consequenter terminum reddat nullum, adeoque reus non comparens pœnam contumaciæ minime incurrat. *Proc. T. 7. art. 2. n. 50.* Incipit vero, ut ex præcedentibus jam constat, terminus legalis currere a die executæ & insinuatæ citationis, non computato die factæ insinuationis: unde si dies termini juridici incidat in ultimum diem temporis in citatione præfixi, quaritur: an tunc terminus habendus sit pro nullo? Quod utique affirmandum, quia citatio non plene continet spatium

C

sex

sex septimanarum ac trium dierum. Carpz. *l. c. n. 52.*
 Herold. *observ. c. 36. n. 96.* Quid autem si ille dies, ad
 quem quis est citatus, non sit juridicus? dicendum,
 talem terminum ipso jure annullari, praesertim si in fe-
 rias divinas, vel humanas necessarias incidat, neque
 clausula de comparando die sequente, si illa dies non
 fuerit juridica, haud sit addita. Illustr. D. Stryk.
l. c. §. 14. Causa igitur annullationis consistit; vel in
 non comparando, vel in non agendo ea quae agenda
 incumbunt litigantibus, idque ex parte tum actoris
 tum rei; & hoc iterum vel ex intentione eorundem,
 vel praeter intentionem emanentis, puta si quis pro-
 hibitus fuerit impedimentis legitimis; vel comparen-
 do quidem, elisione tamen termini, opponendo scil.
 exceptionem termini angusti, quo probato, reus acto-
 ri respondere non tenetur. Caeterum annullatur non-
 nunquam terminus, voluntate utriusque partis, vel
 prorogando eum, vel circumducendo, de quo sequen-
 ti capite pluribus agetur.

CAPVT II.

De

Termino Circumducto in specie.

§. I.



Tut termini circumducti in foro subinde fre-
 quens fiat mentio, pauci tamen rerum juridica-
 rum scriptores hoc argumentum separatim tra-
 ctant,

stant, ideo nemo mihi vitio vertet, si de termino circumducto acturus, simul ipsius circumductionis vocabulum propius considerem. Sciendum itaque, quantum ex scriptis Jctorum hac de re agentium colligere licuit, terminum circumductum sumi tam *formaliter*, pro ipsa circumductione ejusque requisitis necessariis; quam *effective*, pro eo, quod circumductionem sequitur; quorum utrumque considerabimus. Ordine vero ut iterum procedamus, non abs re erit, methodum capite anteriore cœptam continuare, atque circumductionis, quoad nomen prius dare explicationem.

§. II.

Circumductionem ex præpositione *Circum* & verbali, *Ductio*, esse compositam, quilibet facile intelligit. Ipsa vero præpositio *circum* imprimis prædicatur de loco, nonnunquam de tempore; imo dictionibus quibusdam appositâ, singularē aliquam figuram indicat, scilicet rotundâ, orbicularem vel circularem: Sic cum dico: *Circumstant aliquem*, non possum non, quin mihi imprimam singularem aliquam stationis figuram circularem, ita, ut vel solo auditu de hominum in loco præsentium situ judicare valeam; & sicut circumstantium plures intelliguntur, ita unus saltem adstanto indigitatur. Duci quoque quis potest in longum, in latum & profundum, antrosum retrorsumve, sine denotatione qua figura ductus fuerit: præpositione vero *circum* appositâ, statim colligere possum, ductum fuisse circularem.

§. III.

Vocis verò & hujus, cum non una eademque sit significatio, sed modo propria modo impropria, quenam

nostra *circumductioni* competat, apprime videndum. Proprie itaque sumitur, pro ductione alterius in orbem, & illum dicimus circumducere, qui ducitur in circulum, quod Germani bene exprimunt per *Herumführen*: sic loquitur Plautus: *Aliquos mitte circumducere exercitum*. Improperie vero & metaphorice, circumductio apud oratores, denotat (1.) amplificacionem orationis & copiam sermonis, opponiturque a Quintiliano *L. IX. c. 4.* paucioribus verbis. (2.) Deceptionem & defraudationem significat, ut idem sit aliquem circumducere, ac decipere, qua voce idem Plautus utitur in *Capt.* dicens: *Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio aliquid valet*, & alibi: *Te velle amantem argento circumducere*. (3.) Sumitur maxime in jure nostro pro inductione, deletione, abolitione, abrogatione: sic circumduci dicitur causa *L. 6. C. quomod. & quand. iud.* ubi Imperatores Valerianus & Gallienus, *Si praeses*, inquit, *quasi desertam ab adultis tuis causam appellationis, qua ab adjutore suo facta fuerat, circumduxit eo tempore, quo adulti curatores non habebant, repetitus notionem suam exhibebit*. Eo quoque sensu cognitionis circumducenda fit mentio, in *l. 27. §. 1. ff. de liber. caus.* utrum sc. quis malit cognitionem circumduci, an audita causa sententiam proferri. Porro circumduci edictum dicitur, *L. 73. ff. de Jud.* verbis: *Quod si is qui edictum impetravit, absit die cognitionis, is vero adversus quem impetratum est, adsit, tum circumducendum erit edictum peremptorium*: & paulo post *§. 2. ead. L. J.* Crus ait: *Circumducto edicto videamus an amplius*

us reus conveniri possit. Quomodo Galli hoc exprimant, vide sis apud Godofred. *dicto text. lit. m.* De actis denique circumductis loquitur *l. 45. pr. ff. de re judic.* sequentem in modum: *Acta apud se habita, si partes consentiant, & judex hoc permiserit, potest jubere ea die circumduci.* Hic significatus certo modo presentis videtur convenire circumductioni, quod ex ulteriori deductione clarius constabit. Verba idem significantia denovo proferre non duco necessarium; precedentia enim jam dum satis superque Synonymiam hujus vocis demonstrant; ere potius erit, rei ipsius suscipere explicationem.

§. IV.

Initium faciamus a divisione circumductionis, quæ postea constituet definitionem termini circumducti. Dividimus vero circumductionem in veram & analogam, unde terminus quoque circumductus vel verus est vel analogus. Veram nominamus circumductionem, quando utraque parte litigantium contumaciter emanente, vel una quidem comparente, sed alterius contumaciam non accusante, ea a legibus compensata & condonata habetur, sicque terminus circumducitur effective i. e. annullatur. Causam itaque efficientem non aliam statuimus, quam legem in latiori significato, ut omnes ordinationes processuum judiciales comprehendat. Maximopere enim Superioribus incumbit eo prospicere, ut lites quam citissime finiantur, & omnes litigandi occasiones præripiantur, hinc non poterat non fieri, quin legislatores saluberrime constituerent, partibus in termino non comparentibus

una alterius contumaciam non accusante, ea habeatur pro remissa & abolita, ita ut termino præterlapso, sive ab actore sive reo, alterius accusari nequeat.

§. V.

Hæc quæ de termino circumducto dicta sunt, satis superque corroborant variæ ordinationes processuum judiciales, e quarum numero primo loco ponendam magdeburgicam censeo de anno 1686. cap. XXII. rubric. wie wider die ausbleibende Partheyen zu procediren §. 5. ubi expresse parte utraque vel per se vel per alios non comparente, terminus dicitur circumductus. Verba ejus ita sonant: Würden auch beyde Theile/ oder deren Anwälde / ungehorsamlich ausbleiben / sol der *Terminus pro circumducto* gehalten werden. Idem confirmat renovata anno 1696. hujus provinciæ ordinatio, c. XXII. §. 1. hisce verbis: Würden beyde Theile oder deren *Mandatarien* und Anwälde/ohne Abkündigung der *Tagesfarth* / ungehorsamlich ausbleiben/ ob sie auch gleich sich verglichen / selbige auf eine andere ihnen beliebige Zeit abzuwarten / sol der *terminus pro circumducto* geachtet / (superaddita insuper multa) und iede Parthey oder deren *Advocatus*, so schuld d'wiffalls hat / um 10. Thaler bestraffet werden; Ubi non possum non nuperime ab amico quodam relata apponere, ordinatiorem scilicet judicalem Ducatus Olsnensis Silesiorum, in casu termini circumducti exactissime convenire, cum modo allegata magdeburgica; *articulo enim 11. fm.* dicitur: quod partes emanentes, non probato impedimento, utraq; solvere 10. thaleros, & terminus haberi debeat pro circumducto. His omnibus perspicui-

spicuitatis laudem præripere videtur Ord. Proc. Jud. Rudolphop. *de anno 1704* ubi *Tit. IX. § 6.* ita loquitur Illustrissimus Legislator: Wården aber beyde Theile oder deren Anwalde ungehorsamlich auff:bleiben / wäre der *terminus pro circumducto* zu halten / und ohne Auswürkung einer neuen Tagesfarth / kein *part* ferner zu *admittiren* / ungeachtet beyde Theile / oder deren *Advocaten* / sich eines andern verglichen hätten / gestalten denn dergleichen *compromissa*, so ohne des Richters *autor:tät* und Einwilligung geschehen / ganz ungültig seyn sollten.

S. VI.

Hac de circumducto termino utraque parte litigantium non comparente; Quid vero dicendum, si una pars compareat, altera vero contumaciter emanat, annon tunc quoque terminus pro circumducto reputari debet? Ordinationes equidem judicariæ id expresse non dicunt, attamen argumentatione ex loco contrariorum desumpta, in casu si quo pars obediens & comparens absentis & contumacis contumaciam non accusat, iridem terminum pro circumducto habendum esse, existimo. Audiamus hac de re loquentem ordinationem Proc. Elect. Sax. *Tit. X. pr.* Würde Klåger auf den angefesten Rechts-Tag nicht erscheinen sol Beklagter auf sein Ansuchen *ab instantia absolviret* werden. Quid enim aliud hic denotare voluit potentissimus Elector, quam, quod nulla præcedente accusatione contumaciæ, nec petita absolutione ab instantia, reus haud quaquam absolvi, debeat, ideo quod actor contumaci censeatur condonasse contumaciam, & sic termi-

terminum circumduxit. Idem statuitur de reo emanente, in prædicta ordinatione §. 3. Im Fall aber der Beklagte ungehorsamlich aussenbliebe/ sol er auf des Klägers vorgehende Beschuldigung &c. Hoic exacte responderet *Ordin. Proc. Isenac. T. 5. §. 1.* Würde der Kläger weder vor sich &c. auf den angefesten Termin erscheinen/ sol Beklagter auf sein Ansuchen von der Instanz losgezehlet/ Kläger aber welchem die von Beklagtem eingebrachte Ungehorsams-Beschuldigung &c. Et §. 3. Wenn aber der Beklagte ungehorsamlich aussenbliebe/ wird er/ doferne Kläger ihn Ungehorsams beschuldiget &c. *Concordat Ord. Proc. Altenburgensis C. 4. §. 1.* Würde der Kläger weder vor sich &c. erscheinen/ sol Beklagter auf sein Suchen/ von der Instanz losgezehlet werden. Et §. 2. Wenn aber der Beklagte auf den angefesten Termin aussenbliebe/ sol er daferne Kläger ihn Ungehorsams beschuldigen würde/ &c. Id quod clarius adhuc demonstrat allegata *Ordinat. Proc. Rudolphop. T. IX. §. 1. verb.* Dafern ein Kläger weder in Person erscheinen wird/ sol Beklagter auf seine vorgebrachte Ungehorsams-Beschuldigung von der Instanz losgezehlet werden.

§. VII.

Ex jam dictis sole meridiano clarius, non solum causa efficiens termini circumducti, sed & subiectum ejusdem positivum, seu personæ circumducentes Terminum elucescunt. Circumducit enim terminum utraque pars, tam actor quam reus, & quidem aut ipse, aut ejus Procu-

procurator contumaciter emanens. Pertinet huc *Ordin. Cam. Part. 3. Tit. 12. §. ult.* ubi hæc leguntur verba: Wenn mehr denn 3. Gerichts-Tage nach angefügtem Termin erschienen/ und sich Niemand im Gericht eingelassen/ so sol alsdenn der Termin pro circumducto gehalten werden. Cui addendus Blum. *Proc. Cam. T. 66. n. 19.* de contumacia ejusque pœna ita differens: *Contumacia non comparentis committitur, si actor & reus se iudici non presentant, hujus præcipua pœna a parte actoris est, ut ipso in termino citationis non comparente, dictus terminus circumducatur, ut hodie loquimur;* Idem obtinet iure saxonico, teste Carpzovio *Proc. T. IX. art. 3. n. 58.* ubi de effectu citationis, præventionem nim. & litis pendentiam dicit: quod is adimatur, si citatio fuerit circumducta, quando nim. actor pariter atque reus, in termino haud comparuerint, & sic eum contumaciter circumduxerint. Idem *l. c. n. 64.* dicit: Circumductam esse citationem, in casu eo, quo uterque litigantium contumaciter emanerit. Adstipulantur huic asserto Ordinationes Proc. Judiciales tenus hac citatæ, videlicet magdeburgica *l. c.* Würden beyde Theile ungehorsamlich ausbleiben &c. & Rudolphopol. *d. l.* Würden aber beyde Theile/ oder deren Anwälde ungehorsamlich ausbleiben. Non solum autem utraque pars contumaciter emanens circumducit terminum, sed & alterutra comparens. Sic reus præsens in iudicio, si Actoris contumaciter emanentis non accusaverit contumaciam, recedens a iudicio, censetur remississe contumaciam atque sic terminum circumduxisse, Carpz. *l. c. T. 8. art. 1. n. 4.* nemo enim pro contumace habetur, nisi ejus contumacia

D

accu-

accusetur ac desuper sententia feratur interlocutoria
l. 13. §. 1. C. de Jud. Berlich. part. 1. concl. 17. n. 44. Insuper
 quoque comparentes quidem in iudicio, sed non legi-
 time, terminum circumducere possunt, quod accidit iis,
 qui utcumque accusare velint, personam legitimam
 standi in iudicio non habent. Sic in Saxonia, foeminae
 in iudicio sine curatore ad litem comparere non pos-
 sunt. *Const. Elect. 15. part. 2. Decis. Elect. novis. 24.* Hinc
 relatum habeo, Praefectum quendam ibi locorum, ali-
 quando pro circumducto habuisse terminum, eo, quod
 foemina comparuerit sine curatore, non expectata a
 parte adversa accusatione contumaciae, quae tñ. cir-
 cumductio potius effective est intelligenda. Minime
 vero terminus pro circumducto potest haberi, si pars
 praesens in iudicio, alterius absentis accuset contuma-
 ciam. Subjectum circumductionis negativum, est ju-
 dex; hoc enim impedimentum, quod ex parte iudicis
 provenit, parti non imputatur. *Mynsing. 2. obs. 62.* sicut
 nec id nocet, quod ex culpa vel negligentia nuncii, pro-
 cessus tardius afferentis, oritur, cum eorum reproductio
 secundum stylum Camerae, fieri nequeat, *Blum. Proc.
 Cam. T. 66. n. 18. Mynsing. l. c.*

§. VIII.

Progredimur ad circumductionis objectum; quod
 est terminus; qui, secundum ea quae priori capite di-
 cta, varius est & multiplex, atque hinc varium etiam
 circumductionis figurabit objectum. Modo enim cir-
 cumducitur terminus publicationis, *Rivin. Enunc. Jur.
 T. 34. n. 9* modo probationis, modo executionis, modo
 citationis; Nunquam vero in indagando termino ejus-
 que

que circumductione, Jctos tum camerales, tum saxonicos, sollicitos magis videmus, ac isto citationis: qui terminus alias in Camera audit primus, quatenus scilicet opponitur in judiciali disceptatione secundo, tertio ac reliquis; item comparationis, quia citatus in eo coram iudice comparere iussus est. Blum. *l. c. T. 76. n. 40.* Describitur vero circumductio hujus termini, effective magis quam formaliter: quod sit lapsus termini, enervationem citationis prognerans, Blum. *l. c. T. 66. n. 10.* hujusque originem idem Blum. *l. c. n. 9.* deducit ex jure Justiniano, simulque differentiam inter circumductionem termini & citationis ipsius demonstrat.

§. IX.

Forma circumductionis consistit in remissione & condonatione contumaciae parti in termino emanenti facta. Tria itaque conjunctim regulariter videntur requiri ad hoc, ut terminus pro circumducto habeatur, (1.) non-comparitio utriusque vel alterius partis in termino: Pro non-comparente vero habetur & ille, qui quidem comparet, sed non legitime, quia paria sunt non comparere & non legitime comparere: Id quod præter allegatas ordinationes, ii etiam, qui sparsim hujus argumenti in scriptis mentionem injiciunt, uno ore affirmant. (2.) Requiritur in non-comparente contumacia aliqua, quæ ab Ummio *Disp. 6. tb. 1.* describitur: quod sit erga iudicem commissa inobedientia, quæ tamen contumacia seu inobedientia non solum iudicem afficit, sed & partem adversam obedientem, imo magis hanc quam illum, cum alias iudex posset simpliciter contumaciam parti non-comparenti condonando cir-

cumducere terminum, quod tn. non fieri statuunt Mynsingerus & alii. *vid. sup. §. 6.* Cæterum contumacem etiam delinquere in iudicem, inde constat, quod partes litigantes utraq; circumducentes terminum pro parte dimidia expensas solvere debeant. (3.) Requiritur condonatio contumaciæ, ad hunc finem, ut in termino præfixo illa nihil operetur, neque contumacia accusari ulterius possit.

§. X.

Contumacia dividitur in veram, & præsumptam, quam putatiuam dicere liceat: Illam nominamus, quando quis emanet, nullasque habet justas causas, vel eas non potest probare: Hanc, quando quidem quis emanet, justas tamen emanendi causas habet, easque probare valet, quæ causæ in iure vocantur impedimenta legitima. Contumax est vel actor vel reus, vel uterque simul, duplici quidem modo: vel non comparendo, vel comparendo quidem, non tamen agendo; alia namque contumacia est ejus, qui se in iudicio sistit, alia ejus, qui sui copiam plane non facit. Illa est, quando pars vel ipsa, vel ejus procurator in iudicio quidem præsens est, sed agenda non agit, vel in eo moras nescit. *Blum. l. c. t. 66. n. 4.* & hæc ad nos non pertinet; Vere itaque contumax est, qui non comparet, nec legitima absentia impedimenta potest allegare atque probare. Describuntur vero impedimenta legitima, quod sint justæ absentia causæ, quibus a contumacia quis liberatur eamque purgat. *Carpz. proc. tit. 8. art. 2. n. 6.* quænam impedimenta vero illa sint, ex ordinationibus processuum judicialibus potest addisci. *Vid. Ord.*

Ord. Proc. Isenac. T. 5. §. 3. Communiter huc referunt Doctores, captivitatem, ægritudinem, peregrinationem publicam, morbum fonticum, non tantum proprium, sed & consanguineorum. *Zang. de except. part. 2. cap. 9. n. 13.* *Herold. obs. c. 40. n. 67.* tempestatem ventorum, pluviarum, vim fluminis *l. 2. §. 3. ff. si quis caut. jud. sist.* carentiam vel morbum advocati, si alium non possit statim habere, bellorum motus & hostilitates, pestilentia periculum, exceptionem loci non tuti, si mulier citata fuerit prægnans aut non ita dudum e puerperio levata. *Carpz. l. c. n. 41. seqq.* *Herold. l. c. n. 66. seqq.* Hæc legitima impedimenta, etsi magis in favorem rei, quam actoris videantur introducta, actor tamen non comparens, suam contumaciam his etiam purgare poterit, si modo ea prober. Probatio autem hæc summariter per duos testes, vel documenta, aut schedulas saltem & privata testimonia, e. g. medici, nonnunquam per assertionem rei juratam peragitur, *Carpz. l. c. n. 51. seqq.*

§. XI.

Ut vero in circulum quo egressi sumus, redeamus, quarimus: an si utraq; pars litigantium emanferit contumaciter, terminus pro circumducto habendus sit? Quod utiq; affirmandum censemus. Emanentes enim contumaciter, circulum quasi invicem faciunt, atque huic includunt terminum, ut nihil operari possit, & uterque contumax objicere adversario contumaciam nequeat. *Carpz. p. 1. const. 9. def. 15.* sicque mutua compensatione remittunt sibi invicem contumaciam: Sic

D 3

haben

heben mit einander auf. Quid vero, si utraque pars emanens habuerit legitima impedimenta? Nihilominus pro circumducto habebitur hic terminus: ante allegationem enim atque probationem horum impedimentorum, cum de veritate illorum non constet, pro contumace quis habetur saltem præsumptive, usque dum termino sequenti, allegatis & probatis impedimentis, se a contumacia purget: privatio enim præsupponit habitum. Sed an terminus pro circumducto habeatur eo casu, quo absens absentis contumaciam in literis accusat? non inutiliter quæritur: Idque affirmandum esse censeo. Licet enim accusans contumaciam alterius, eam non censeatur condonasse, quoniam vero non legitime accusat, pro non facta habebitur accusatio, hæc etenim juxta styllum judiciorum Saxoniorum literis fieri nequit. Rivin. *Enunc. jur. 61. ad tit. 71.* Hæc de utriusque partis contumacia, & inde secuta circumductione termini. Actore, cujus contumacia major est quam rei, Berlich. *I. Concl. 17. n. 44.* absente, reo vero præsentem, actoris tamen contumaciam non accusante, terminus itidem circumducitur: quod & tunc fit, si actor præsentem reus vero est absens; Non enim sola comparitio vel emanentia, sed remissio contumaciæ, terminum circumducit: errant itaque illi, qui terminum circumduci dicunt, quando præsentem in judicio alterius absentis contumaciam accusat; ille enim, qui accusat contumaciam, non remittit eam, neque terminus plane annullatur, in quo inobedientis accusatur contumacia.

§. XII.

Intra quod tempus autem hæc accusatio contumaciæ fieri debet, ut terminus pro circumducto, non habeatur? Distinguendum hic erit inter jus civile, Saxonicum atque Camerale. Jure Saxonico circumductus ille habetur terminus, in quo partis absentis contumaciam non accusat præsens, ipso illo die, qui ad comparandum & agendum est præfixus, & ad quem quis est citatus: Et quidem nonnullibi locorum ante horam sextam pomeridianam, nemo habetur pro contumace. Illust. Dn. Stryk. *Introd. ad prax. c. 4. §. 14.* In foro vero Saxonico post horam quartam, vel secundum Rivin. *Enunc. jur. 72. ad tit. 10.* post quintam demum quis habetur pro contumace. Jure Justiniano terminus citationis circumducebatur quando actor in ipso termino non compareret. Jure Camerali aliter res se habet, tam de jure veteri, quam novo. Isto enim jure terminus citationis pro circumducto non habebatur, nisi post tres juridicas vel audientias (Gerichtstagen) Berlich. *1. concl. 17. n. 12.* si enim reus intra tres juridicas a termino citationis numerandas præsentiam suam faceret, atque ad instantiam adversarii causas suæ absentix allegaret, admittetur ac si in ipso termino comparuisset. *Ord. Camer. p. 3. tit. 12. §. ult.* Berlich. *concl. n. 12. seqq.* Tres autem juridicæ continebant septimanam seu octiduum, quia singulis septimanis tot audientix olim habebantur. Cum vero *A. 1570.* constitueretur, ut singulis diebus

diebus audientiae celebrarentur, placuit simul, ut terminus demum post lapsas tres juridicas pro circumducto haberetur: Et licet hodie more antiquo, tribus saltem diebus rursus audientiae instituantur, tamen terminus demum post sex juridicas i. e. duas hebdomadas seu 14. dies pro circumducto reputari, & post tot juridicas & decretum proclama, in contumaciam procedi consuevit, teste Blumio *Process. Camer. tit. 66. n. 12.* Quae sex juridicae sunt continuae, non utiles, etsi Klok. *Vot. Cam. rel. 79. n. 80.* statuatur, unam juridicam esse utilem, caeteras continuas. Rationem vero cur ex tribus juridicis factae sint sex, hanc reddit allegatus Klok. *l. cit.* quod tunc temporis non singulis sed alternis diebus judicia haberentur: cum vero postea omnes dies fierent juridici, & ita quotidie agi poterat, ne terminus nimis esset brevis, sex sunt statuae.

§. XIII.

Objectum in quo circumductio termini locum invenit, sunt solum causae primae instantiae & simplicis querelae, tam de jure Saxonico, quam Camerali; Hinc in causa appellationis non obtinet circumductio termini, *Rec. Imp. de anno 1566. §. 116.* So viel die appellation betrifft / dieneil ohne das in causis appellationum circumducti termini nicht zugelassen seyn / oder statt haben sollen. So setzen und wollen wir / daß der versiculus: Es soll auch &c. unter dem 12. tit. in tertia parte ordinationis gesetzt / ad causas appellationum nicht extendiret / oder

oder auf dieselben gezogen werden sollen. Unde in causa
 appellationis, si appellans citationem contra appellatum
 impetravit, non obstante circumductione (quando
 scil. in termino neuter litigantium comparuit) potest
 postea procedi sine nova citatione. Mynsing. 2. *observ.*
 63. Gail. 1. *observ.* 59. idque propter præjudicium to-
 tius causæ: quia ob jam effluxa aut mox effluenda
 fatalia introducendæ appellationis, appellatio jam
 deserta est reddita, vel mox deserta reddetur,
 ideoque actor novam citationem obtinere ne-
 queat: Blum. 1. *cit.* n. 20. Mynsing. 5. *observ.* 86. *in fine.*
 Klok. *not. Cameral. relat.* 79. n. 79. Hoc tamen procedit
 saltem quoad citationes prima vice impetratas; se-
 cus in citationibus ad reassumendum in iisdem causis
 obrentis, item in mandatis executorialibus. Rec. Imp.
 de A. 1600. §. 9. Wir setzen ordnen und wollen auch / daß in
causis mandatorum executorialium, so dann in *citationibus*
ad reassumendum, es sey gleich *causa appellationis* oder
simplicis querela, *circumductio termini*, so wol als in an-
 dern *citationibus* stat haben solle. Quod de appellatio-
 ne dictum, hoc extendendum ad Leuterationem Saxo-
 nicam: Terminus enim non habetur pro circumdu-
 cto, etiamsi uterq; litigantium, Leuterans & Leuteratus,
 emanat, de quo eleganter Rivin. *Enunc. jur.* 41. *ad tit.* 35.
 cujus ipsissima verba apponere lubet. Hat erer Gegenthail
 in dem mit euch habenden *processu*, einem die Eydes-Lei-
 stung angehenden *punct* geleutert; Er ist aber in dem
 zur *prosecution* angesetzten *Termin* nicht erschienen / und
 darauf eine anderweitige *Tagefahrt* darzu anbrammen
 lassen / darinnen ihr ihm / daß die *Leuterung* *desert* wor-
 E den/

den / entgegen gesetzt / D. Er N. W. zu seinem Behuef
anziehet / daß ihr in dem ersten *termino* gleicher gestalt un-
gehorsamlich auffen blieben / also derselbe *pro circumdu-*
cto zu achten / und es keiner *prosecution* bedurfft. D. a D.
der Leuterant nach Anleitung der 69. *decison* seines Theils
in dem ersten *termino* mit gebührender *prosecution* der Leu-
terung die *formalia* zu beobachten hat / und ihm / wenn
er es unterläßet / des *Leuteratens contumacia* nicht zu
straffen kommt / sondern dieser im folgenden *termino* dessen
Ungehorsam beschuldigen / und die Leuterung vor *desert* zu
erkennen bitten kan / so wird angeregte euere Gegenheils
Leuterung / auf vorgehende euere Ungehorsams Beschul-
digung vor *desert* billich geachtet. Hactenus Rivin. Ra-
tionem aliam in leuteratione quam in appellatione esse
non autumo.

§. XIV.

Effectus circumducti termini est annullatio ipsius,
sive intermissio agendorum, ad quæ is erat præfi-
xus, & unde iudex intentione sua excidit. In specie,
vero termini circumducti effectus est extinctio citatio-
nis seu deletio & obliteratio illius. Brunnem. *Com. ad*
d. l. 73. n. 5. Umm. *disp. 6. n. 7.* Blum. *l. c. n. 26.* proinde
non reviviscit, etiamsi actor in Camera post tres
vel sex audientias legitimam impedimentum alleget.
Mynsing. *5. obs. 87.* Non vero efficit terminus præstatio-
ni juramentorum præfinitus, & ab utraque parte circum-
ductus, ut juramentum pro deserto haberi queat. Rivin. *E-*
nunc. 19. ad T. XIX. ne quis absolvitur ab instantia, eo ipso,
quod

quod terminus fuerit circumductus, nam hoc facit iudex, si terminus non circumducatur, sed reus actoris contumaciam accuset; neque efficiet terminus circumductus, ut iudex ex officio alium praefigere terminum teneatur, sed ad petitionem partium hoc facit. Carpz. *Proc. T. 8. art. 1. n. 4.* Quid vero dicendum; an citatio circumducta operetur litis pendentiam, aut praeventionem, sc. in favorem actoris? Respondet Carpovius *lib. 2. Resp. 47.* negando, quia sine citatione non inducitur praeventio; citatio vero facta, sed rursus a partibus annullata, habetur pro non facta, sicque nullum habebit effectum, nec constituet aliquem in mora, & quod maximum, sentiret hoc modo contumax ex sua contumacia aliquod commodum, quod est contra jura, nemini enim dolus debet patrocinari. Alius deniq; effectus circumducti termini hoc loco non praetermittendus est, compensatio nimirum expensarum respectu ipsorum litigantium: iudici enim, cui nihil potest imputari, quilibet pro parte dimidia expensarum nomine erit obligatus.

S. D. G.



ULB Halle

3


003 331 911



Sl.







1709, 26 20
31

I. N. 7.

DISPUTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE
**TERMINO CIR-
CVMDVCTO,**

Quam
ANNVENTE DIVINA GRATIA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE, WESTPHALIAEque,
Consensu illustris Ordinis Juridici in ALMA SALANA
PRESIDE
VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO

CHRISTIANO WILDVOGELIO,

Jcto,
CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI INTIMO, CVRIAE PROV. ET
SCAB. NEC NON FACVLTAT. IVRID. ASSESSORE GRAVIS-
SIMO, ET ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO,

Domino atque Patrono submissee venerando,
PRO GRADV

IN VTROQVE IVRE LEGITIME CONSEQVENDO
Publico Eruditorum examini subijcitur

JOANN. FRIDERICVS SCHWARTZ,

HALLENS. SAX. BARB. REGIM. ADVOCATVS,
D. XXIX Jul. M. DCC IX. horis ante 5 pomeridianis.

—
IENAE, LITTERIS MVLLERIANIS.

